



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Capvt Tertium. De Pœnitentiæ Sacramento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

CAPVT III.

EXERCITIUM
SECUNDÆ REGVLÆ,
DE ADMINISTRATIONE
Sodalitatis.

PARS PRIMA.

Considerationes aliquot administratoribus Sodalitatis perutiles, ad cultum B. Virg. promouendum.

SI CVT filiorum est, parentis sui vtriusque gloriam & vtilitatem quærere, indiesque, si possint, augere; ita Sodalium omnium est, beatissimæ Virginis in se, alijsque cultum promouere. Hoc si Sodalibus incumbit omnibus, certè vel maximè ijs incumbit, quibus commissæ est Sodalitatis gubernatio.

Existiment ergo ij primùm, delectos ¹ *Confidese esse à D. Virgine, vt ipsius Sodalitatem rat. Curam & familiam curent.*

Sodalitatis

Deinde inducant animum, nihil posse *commissam* se dignius, & salutis suæ conuenientius *fibi à B. Virgine.*

2 Nihil posse melius facere, quàm B. Virginis cultum promouere.

cere, quàm si eius promoucant cultum, & gloriam, quæ Dei ipsius mater est optima, iuxta, & potentissima, ac planè carissima.

3 Sodales omnes Dei-para esse filios.

Adhæc sibi persuadeant: Sodales omnes Dei-para virginitatis esse proles, & pignora, quibus consulere, est ipsi eorum parenti & Dominæ eximiè gratificari, & placere.

**4 Qui quid pro Sodali-
tat. fece-
rint, B. vir-
go sibi factū
arbitratu-
ram.**

Prætereà certò certius credant, nihil se facturos pro Sodalitatis bono, quòd non sibi factum arbitretur B. Virgo. Itarint, B. vir que si diligentes se diligit, multò magis go sibi factū eos, qui alios secum ad amorem ipsius alligant, diligit.

**5 Curandū
illis ut par-
tib. suis, in
Sodalitatis
administra-
tione faciāt
satis.**

Postremò intelligent, ex his omnibus sequi, dandū esse sibi operam, ut nauiter partes suas sustineant, ut in cœtibus Sodalitatis, in litatis, quantum per occupationes licet, sint assidui, rarò absentes, ut cæteris omnibus vitæ Christianæ, insignisque modestiæ exemplo præluceant; ut in frequentatione sacramentorum crebri sint; ut in Regularum obseruatione cæteris diligentiores; ut Sodalitatis progressum quotidie Deo, Parentique eius in precibus, & sacrificijs commendat; ut denique cum egregia caritate, & diligentia commissum sibi munus obeant, non dubij accepturos se à beata virgine dignam laboribus, industriaque sua mercedem.

PARS

PARS SECVNDA.

Quæ plurimum facere possunt ad bonam Sodalitatis administrationem.

QUATVOR pertinere videntur ad bonam Sodalitatis gubernationem. *1 Si Officia-*
les inter se
 mum est, si Officiales crebrò inter se conueniant, agantque de recta Sodalitatis, *sepius a-*
gant.
 tum generatim, tum in proprijs, ac pecu-
 liaribus rebus progressionem.

Secundum: Si Sodales singuli in cer- *2 si Sodales*
 tas classes distribuuntur, quarum singulas *in certas*
 Officiales singuli inter se partiantur, vt *classes di-*
 constare possit qua quisque diligentia par- *stribuantur.*
 tibus suis satisfaciatur; qui infirmi sint, qui ce-
 terorum precibus commendandi; qui vita
 defuncti, qui aliò commigrarint, &c.

Tertium: Si non multi nimis, & plus *3 Si non nē-*
 quàm decet, facilius admittantur. In mul- *mis multē*
 titudine enim multa sæpè confusio; & qui *admittantur*
 facile & cito admittuntur, facile etiam re-
 frigescunt, & Sodalitatis exercitia, conuen-
 tusque negligunt. Expedit ergo & Sodali-
 tati, & illis (de viris potissimum agimus) vt
 non sine præuia consideratione, lectione
 regularum, obseruatione instituti Sodali-
 tatis, eorumque excussione, quæ ad Sodali-
 tatem pertinent, admittantur.

Postre-

*4 Si nonnū
quam Soda
litis ali
qua & ani
morum fiat
renouatio.*

Postremum: si annis singulis semel a-
nimorū, & Sodalitatis, insigni ritu, & præ-
paratione instituatur renouatio: qua sese
omnes confessione præmissa, & Commu-
nionē, beatissimæ virginis rursus offerant:
vt sic & totius anni admissæ in Sodalitatis
officio negligentie benignè à benigna ma-
tre remittantur; & nouis quasi animi &
corporis viribus ad eam solito alacrius, &
diligentiùs colendam aggrediantur.

PARS TERTIA.

*Quanta solitudine parere debeant So-
dales Præfectis & Officialibus
Sodalitatis.*

*Nulla vir-
tus Deo gra-
tior Obedi-
entia.*

Inter omnes vir-utes, quæ nos Deo gra-
tiores, Christi q; Iesu similiores faciunt,
est obedientia, cuius exercendæ potissi-
mum causa, instituti sunt in terris sacri re-
ligiosorum hominum Ordines; vt nimirū
in terris similitudo aliqua esset eius perfe-
ctissimæ obedientiæ, quæ in cælis est. Quo-
circa beatos se, & felices existimare debent

Sodales, quòd tantæ virtutis exercendæ oc-
casione aliquam in Sodalitate habeant.
Sed & persuadere sibi debent; Obedi-
entiam se præstare Dei matri, Doming, & Pa-
renti suæ, quando eius locum in sibi sacra

hac

hac familiatenentibus obtemperant. Postremò magni meriti est, tam nobilem exercere virtutem, & voluntati aliquando sue (cuius homines natura tenacissimi sūt) reluctari, vt alterius voluntati morem gerant. Qui verò dedignantur parère maioribus suis, & quæ sibi proponuntur in Sodalitate, pro virili sua exequi, sat ostendunt *Inobedientes sunt filij* non esse se filios Mariæ, cui Obedientia nihil fuit gratius; sed inobedientis Eux *Eux, non Mariæ, dæ-* pro- *monis mar-* les; non Christi, qui factus est obediens *cupia, non* que ad mortem, seruos; sed dæmonis, qui *Christi ser-* primus inobedientiæ auctor fuit, manci- *ui.* piæ; ac propterea periculum esse, ne in ruinam & exitium præcipites abeant.

PARS QUARTA.

Orationes aliquot ad hunc locum facientes.

*Oratio quæ recitari subinde potest
ab quouis Sodalitatis ad-
ministratore.*

OMnipotens, & misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, largire mihi indigno famulo tuo, vt oēs affectiones, & cogitationes meas in te dirigā.
Allu-

Illumina cor meum gratia Spiritus sancti; intelligentiam, memoriam, & eloquium ignitum dona, ut omni repulsa negligentia, officium meum bene prosequi, fructum efficaciter consequi, in cunctis tibi placere, & per omnia digne laudare merear; quatenus & ego, & Sodales mei (quorum aliqua mihi cura concredita) in virtutum ita proficiamus, ut ego cum illis, & ipsi mecum destinata laborum nostrorum eterna premia simul percipere mereamur; meritis, & intercessione praesidis, & patronae nostrae Mariae, matris unigeniti filii tui, Domini nostri Iesu Christi, cui laus, honor & gloria in saecula saeculorum, Amen.

Oratio ad Deum pro Congregatione, & ijs qui illi praesunt.

OMnipotens sempiternus Deus, qui facis mirabilia magna solus, praende super famulos tuos, & super Congregationes illis commissas, spiritum gratiae salutaris, & ut in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tuae benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

CAPVT